

Kepartia. SILIQVAE.

CAP. CXXX.



Siliquarū con sideratio.

Siliquarum ui resex Gal.

Nomina.

MΗΛΑ. M A L A.

CAP. CXXXI.

FOLIA, flores, & germina cū omnis mali, tum maximē cotoneæ adstringunt. Pomis acerbis adstringendi uis inest, maturis uerò longè secus. Ex ijs uerna bilem gignunt, nerois omnes laedunt, inflationes pariunt. Cotonea stomacho utilia, urinam cident: uerum tosta mitiora habentur. Profundū cœliacis, dysentericis, purulenta extussientibus, cholericis, præsertim cruda. Maceratum liquor commodè in stomachi, aut uentris fluxionibus, potui datur. Succus crudorum afflatus orthopnoicis salutaris est. Decocto fountent uulue, & sedes, si procidant. Cotonea, quæ melle coniduntur, urinam mouent: mel autem sibi constringentem illorum uim, & inspissantem adsciscit. Quæ cum melle coquuntur, stomacho, atque ori gratiora sunt, sed minus inspissant. Cruda cataplasmatis adjiciuntur, ad cohibendum aluum, aut si stomachus astuet, aut in uomitiones effundatur, ad mammarum inflammations, præduros lices, & condylomata. Fit uinum ex ipsis tufis, expressisque: sed quod perduret, quindecim sextarijs succi unus mellis adiungitur, alioquin in acom rem degenerat. Prodest ad omnia, quæ dicta sunt. Fit & oleum ex ijs, quod melinum uocauimus: quo utimur, quoties adstringenti oleo est opus. Eligi oportet uera, quæ sanè sunt rotunda, parua, & odorata. quæ uerò struthia dicuntur, magna quidem sunt, sed minus utilia. Flos & uiridis, & siccatus cataplasmati imponitur: ijs conueniens, quæ adstrictionem desiderant, inflammationibus oculorum, reiectionibusq; sanguinis: contra citam aluum, & mensium impetus, in uino bibitur. Melimela uentrem molliunt, & ab eo animalia expellunt: stomacho negotium exhibit: astuationem faciunt. ea multis dulcia mala uocantur. Epirotica mala, quæ Latine orbiculata dicuntur, stomacho utilia: fistunt aluum, vrinas euocant: malis tamen cotoneis inualidiora. Sylvestria mala similia sunt uernis,

SILIQVAE recentes stomacho aduersantur, aluum soluunt: eadem siccatae fistunt, stomachoque utiliores fiunt: urinam ciunt, sed præcipue, quæ unaceis coniduntur.

SILIQVAE, que Grecis κεράτια dicuntur, in Italia officiniis uulgò Carobe, & Carobole appellantur. Nascuntur arbores, que Siliquas ferunt, in regno Neapolitano, præsertim in Apulia, ac etiam in Campania, ut optimè sciunt ijs, qui Fundo Itrum, & hinc Molan iter faciunt: siquidem in illa ob Leuitagatos lapides inibi stratos laboriosi admodum uia, quam Appiam uocant, frequentissime conspicuntur. Incolæ has plantas Salequa uulgò nominant, uocabulo nimurum à Siliqua detorto. Arbores in spectatam satis proceritatem attolluntur, ramis in latitudinem potius, quam in longitudinem protensis: cortice cinctrio ad cœruleum inclinante, loti arboris instar. Folio uirent fraxineo, latiore tamen, duriorc, rariore, ac magis circinato. Florent discedente hyeme, aut uero iam appetente: fructificant uerò estate, & autumno. Silique recenter ab arbore decerpæ ingrato displicent sapore, sed tractu temporis in cratibus expansæ, & siccatae, adeo mitescunt, ut & dulces euadant admodum, & gustui suaves fiunt. Aliud siliquarum genus, quod sicut Aegyptiam cognominant, scriptis tradiderunt Theophrastus, & Plinius: de quibus mibi differendum non proposui, tum quod Italij nusquam (quantum equidem sciām) nascantur, neq; cognoscantur; tum etiam quod nullum habeant usum in medicina. Siliquas in cibis damnauit Galenus lib. 11. de alimentorū facultatibus, his uerbis. Ceratia, quorum tertia syllaba per, s, literam & scribitur, & pronunciatur, nihil cum cerasijs per, s, scriptis habent similitudinis. Est autem præi succi edulium, ac lignosum: unde necessariò sequitur, ut concoctu sit difficile: nihil enim quod lignosum est, facile coquitur. Præterea incommode illud ipsis inest non paruum, quod non celeriter deiſciantur. Proinde satius esset, ea ad nos non importari à regionibus orientalibus, in quibus nascuntur. Sed de uiribus, quas & arbor, & ipse habent in medicina, idem Galenus differens lib. viii. de simplicium medicamentorum facultate, sic inquit. Ceratonia exiccatis est, & adstringentis facultatis, sicut & fructus eius, que ceratia uocant, nonnihil etiam dulcedinis continent. Accidit autem ijs quiddam simile cerasijs. Nam si humida sumas, magis uentrem subducunt: siccata uerò magis fistunt: utpote cū humiditatē expirant, & quod essentiae est crassioris, tantum reliquum habeant. Κεράτια Græcè, Latine Silique uocantur: Arabicè, Charnub: Italicè, Carobe & Carobole: Germanicè, S. Iohanes brot: Hispanicè, Alfarobas: Gallicè, Carouge.

49.

Μαλόν. MALVS.

Κυδώνιος μηλέα. COTONEA MALVS.



Περσική μηλέα. PERSICA MALVS.



Αρμενιακή μηλέα. ARMENIACA MALVS.



π 3 Κίτρος



LIMONIA MALA.

Malorum cō
sideratio.

uernis, & adstringunt. Sanè in hunc usum immatura omnia opus sunt. Persica poma matura tam stomacho, quām uentri utilia sunt, acerba aluum cohibent, sed siccā uehementius. Decoctum è siccis aliis, stomachique fluxiones sistit. Armeniacæ, quæ à Latinis præcoccia dicuntur, minora sunt supradictis, & stomacho utiliora. Medica mala, persicatæ, aut cedromela, quæ Latini citria uocant, nemini non cognita. Arbor ipsa omnibus annī temporibus pomifera, alijs deciduis, alijs subnascientibus. Malum oblongum est, rugosum, colore aurum imitan, cum grauitate odoratum. semen habet pyri. Id in uino potum uenenis resistit, aluum mouet: oris suavitatem commendat, decocto eius colluto, aut succo: æstur in malacia mulieribus. Vestiaris impositum ab erosionis uitio uestes vindicare existimatur.

IN MALORVM quoq; genere Dioscoridi recensentur Persica, Præcoccia, Cotonea, & Citria: quippe quod eandem effigiem, & formam repræsentare uideantur. Sed nos primū de uulgaribus malis agemus, reliqua subinde sigillatim prosequemur. Eorum itaque (ut Galenus libro secundo de alimentorum facultatibus posterutatis memoriae prodidit) varijs, ac multipli-ces sunt sapores, quos etiam uarie sequuntur functiones. Alia nanque austera, alta acidum, dulcemque saporem gerunt. Sunt etiam quæ ex ijs mixtum habeant, ita ut apparent & dulcia simili & austera. Quædam præterea cum dulcedine manifeste acidæ sentiuntur: ad hæc alia cum acre acerba. Inuenias autem nonnunquam & quæ tres simul sapores planè refrant, dulcem, scilicet,

scilicet, & acidum, acerbis nonnihil. Ceterum mala quidem, que adstringunt, sive cum habent frigidum, ac tercum. Que uero acida apparent, frigidum quidem succum habent, uerum tenuum est partium. Media autem temperaturae sunt dulcia, que ad calidius uergunt. Quemadmodum que omnis qualitatis sunt expertia, insipidae, ac ueluti aquosa, ad frigidius inclinant. Malis igitur ueris pro uincientium savorum facultatibus: austri quidem, cum uentriculus uel propter calidam intemperiem, uel ob multam humiditatem fuerit imbecillus: acerbis autem, cum hec aucta admodum fuerint: acidis, cum crassum succum, qui non magnopere frigidus sit, suspicaberis in ipso esse collectum. Siquidem succus frigidus non acida, sed acris postulat. Vtraq; certe & acida & acris succos crassos incident: in eo tamen disferunt, quod hec quidem cum refrigeratione; illa autem cum calfactione id present. Porro dulcis malorum succus, cum sine acrimonio, & crassitate, hoc est, cum solus exquisite fuerit, celerius, quantum in ipso est, distribuitur. Quod si acrimoniam, aut crassitatem habuerit, citius subducitur. Ceterum optima etiam genere mala uiranda sunt, antequam in arboribus maturuerint: quippe quoniam concocti sunt difficilia, & frigida, tardeq; permeant, & praui sunt suci: ad hec succum habent frigidum, & leuiter crassum. Que uero belle matura in hyemem, & uer proximū asseruant, ea morbis se penumero perquam utilia sunt, aut farina aqua subalba circumlitia, aut calidis einderibus medio-criter assata, aut pulchre in aqua bullientis uaporibus percocta. Dare autem ipsa conueniet statim post cibum, aliquando etiam cum pane, ad uentrem, & stomachum robordandum, ijs qui cibum fastidunt, tardeq; concoquunt, quiq; uomit, diarrhoea, ac dysenteria infestantur. In hunc quoq; usum apta sunt acerba: nam parata, ut modo dixi, medicamenta retinent adstrictionem. In Hetruria principatum obtinent, que Appie, & Mele rose uulgò uocantur: quandoquidem hec duo genera, cum suauiter oleant, gustuiq; arrideant, cum naribus, et palato maximam inueniunt gratiam. Eaq; propter uon longe cum aberrare putauerim, qui dixerit Appia esse Dioscoridi melimela: Rosea uero, que eidē epirotica, & Latinis orbiculata dicuntur. Que uero adeo rubent, ut cruore perfusa uideantur, & acido gustu sunt praedita, non alia de causa ita rubescunt (si rei agrarie auctoribus credimus) nisi quod ex mali, & mori nigre insitio ne suam traxerint originem. Cornarius sua tantum, ni fallor, opinione ductus, putat in suis commentariis in Galenii libros de compositione medicamentorum secundum locos, Cestiana poma esse aurantia, sive aurantiæ mala, que in Citrei mali genere ab omnibus recensentur. Nec eum potuit à sua sententia renuocare Plinius, qui libro x v. capite xiiii. apertissime scribit à Cestio cestiana, à Matio matiana, à Manlio manliana, à Claudio claudiana, & ab Appio appiana mala per inuentorum nomina, à quibus habuerunt originem, Romanis fuisse cognominata. Quocirca eo loco scriptum reliquit Galenus ex auctoritate Apollonij, quod in capituli dolore ex ebrietate cestiana mala sic in urbe Romana appellata, in cibis cocta conferunt, quod austera sint facultate: non ut somniasse uidetur Cornarius, aurantia, que præterquam quod Apollonio, & Galeno incognita fuisse censerunt, nusquam gentium, quod e quidem sciunt, coeta exhibentur. Quo fit, pace omnium dixerim, ut qui sive ceruicis duritione consulunt, suas sepius reprobare sententias audiant. Malos, que fructus suos tanquam steriles, dare recusant, secundas effecris, si plumbico circulo carum caudicem altitudine pedis à terra stricili concluseris ante florum aduentum, & cum mala cœperint adolescere, soluto nuncio eas libertate donaueris. Mala Cotonea primum in Italiam adiecta fuerunt è Cydone Creta oppido, unde Græcis cydonia dicta sunt. Horum tria in Italia inueniuntur genera. Palma illis, que peculiariter Mala cotonea cognominantur, pressa, incisuris intersecta, colore ad aurum inclinato, lanuginose, et longe ceteris odoratiora. Proximum locum fortiuntur, que maiore admodum corporis mole proueniunt, Dioscoridi, & Galeno struthia uocata. Hetrusebæ pyra cotonea uocant: quippe quod forma magis pyra, quam mala referant. Pulpæ, ac succo ceteris præualent, colore tamen, suauolentia, ac uiribus cedunt. Postremò Plinio milutana sunt, que nonnullis notha dicuntur, quod tantum prouenant ex cotoneis malis, que struthis instae fuerint, uel ex struthis, que cotoncarum surculos receperint. Hæc malis grandiora, pyris uero, sive struthis minoru uisuntur: forma uero, ac facultate inter uerunque media. Ceterum sane hæc omnia, præcipue mala, maxime officinis experuntur in medicinae usum. Nempe quod ex omnibus præter unum, miuam, oleum, & quod Dyacidonium uocant, conficiantur & intinctus, & consolati liquores: que omnia non egris modo apta sunt, sed etiam sanis utilia & que & grata. Galeni aeo (ut ipse testatur in libris, quos de alimentorum facultatibus conscripsit) Cydonite placenta, quam officine Diacydonium nuncupant, ex Iberia, & Syria Romanu conuehebatur, ex melle tantum, & cotoneorum carne confecta, tam ad cibi, quam medicamenti commodum. Que saccharo, uel melle condita repomuntur, perfecte matura legi debent, alias indurescunt lignorum instar, ita ut dentibus confici nequeant. Que cruda per hyemem asseruantur, seorsum à penilibus uitis reponenda sunt, quod uisu suo accerrimo sapore adeo uitient, ut ex statim marcore conficiantur. Persicorum quoque plurimæ reperiuntur species, nam quedam rubent, alia aureo colore fulgent, alia uirescent, alia candida sunt, alia sanguinea, alia duracina, alia cotonea uocantur. Ad hec quedam habentur dulcia, quedam aida, quedam uinosa, quedam amariscula, & quedam etiam austera. Prima laus in cibis duracinis, sic ex re distis, quod caro tam perinseciter hereat os, ut nullo pacto ab eo auelli queat. Præcipua autem in hoc genere illis laus, que ab aurei coloris nitore, odoreq; perquam incundo Cotonea cognominant. Secundas sibi uendicant partes, que cortice detracto sanguineum succum fundunt, non propterea modo quod sint gustu reliquis suauiora; sed etiam quia magnitudine, & colore sunt speciosa. Proxima sunt, nec prædicto generi fortasse cedunt, que à nucis similitudine Nucipersica cognominantur: hec enim cum colore, & sapore non refragentur persicis cotoneis, tum etiam non ingratia dentibus duritiæ, gustum mira afficiunt uoluptate. Est & genus aliud Persicorum in Hetruria, ac in alijs Italie locis agricolarum mangonio factum, que ideo Persica amygdala appellant, quoniam persicorum osium uice dulces amygdalarum nucleos includunt. Ceterum sane multis contendit Cornarius, in suis commentariis in secundum Galeni librum de compositione medicamentorum secundum locos, ubique corruptum esse Plinij codicem, ijs in locis, in quibus de duracinis persicis tractat: quin & Pauli, & Palladij, & Constantini

Cornarij opio
nio reproba-

Malorum co-
töneorum cō-
fideratio.

Persicorum
confid.

Tato mutol
- oitansb
Cornarij opio
nio reproba-
ta.

Constantini Cœsar's libros corruptos esse, ubi in ijs de duracinis persicis aliquid scriptum reperitur. Quandoa quidem is, ubi in horum monumentis de duracinis persicis saltan fuisse mentionem legitur, ibi de rhodacenis, non autem de duracinis legendum esse censem. Verum cum inibi nulla uel ratione, uel auctoritate nitatur, quibus id comprobet, sua tantum ductus opinione uidetur: atque ob id facile pronunciasse, horum omnium codicibus (quod tamen absurdum esset credere) mendum subesse. Namobrem in hoc potius Cornarium hallucinatum, quam libros dupravatos esse crediderim. Quinimo uirum aliquoquin doctissimum admiror, quod rem per se claram obscuram reddere conatus sit, quodq; non intellexerit, quid Plinio, & Palladio duracina, quid Paulo ḍοξανία, quidue Aētio, & Constantino, ac alijs quibusdam Græcis ḍοξαννα extiterint. Nam si animaduertisset, hæc inter se & nominibus, & re ipsa differre, facilius, meo quidem iudicio, rem dubiam explicasset, nec omnes in uniuersum auctorum codices depravatos pronunciasset: cum, ut equidem arbitror, eorum nullus bis in locis sit initatus. Paulo enim ḍοξανία, ut vulgata habet lectio, non ḍοξαννα Cornarij modo, legendum semper existimauit, quod ipse eo loco de præcocibus, & armeniacis tantum malis differat, non autem simpliciter de persicis. Siquidem, ut Cornarius ipse fatetur, Rhodacene non est alia, quam malus persica, quemadmodum Rhodacena nil aliud sunt, quam mala ipsa Latinis persica uocata. id quod & nos sine ulla controuersia probamus. Sed Paulo ḍοξανία (ut diximus) genus est præcocis, sive armeniaci mali, ut ipse declarat his uerbis. τὸ δὲ τριχοκονίτης ἀργεῖται, καὶ αρμένια ἀργεῖται Τοῦ τῶν τριχοκονίων. οὐτε γαρ ὅξυνται, οὐτε ὀσπώτως διαφθείρεται. id est. Præcacia, doracia, & armenia persicis præstant: neque enim accescunt, neque similiter corrumpuntur. Quibus palam est in Paulo potius ḍοξανία, quam ḍοξαννα esse legendum, quod tantum persica malus Græcis ḍοξαννα uocetur, non autem armenia, doracia, & præcox: quarum fructus, tametsi a quibusdam inter persica numerentur, quod forma tantum ijs similes uideantur; non tamen uera sunt simpliciter persica, que propriæ Græcis nonnullis ḍοξαννα μῆλα in uniuersum uocantur, ut ipse etiam Cornarius testatur. Quippe nugaretur incepte Paulus, si uellet, quod rhodacena persicis præstant, cum nil aliud sint rhodacena, quam persica. His itaque rationibus liceat nobis dicere, ḍοξανία. Paulo nec ḍοξαννα, nec duracina designare, sed præcocis, sive armeniaci mali genns sibi peculiare. Sed iam ad Plinium uenio, cui duracina persica persicorum species sunt, quibus palma inter omnes, non autem genus, quemadmodum & duracina cerasa, & uue etiam duracina inter uarias cerasorum, & uuerum species eodem Plinio, & Palladio describuntur. Quod maximè arguit, aliud eisdem designare duracina, aliud uero Græcis ḍοξαννα, quod uerbum hoc uniuersaliter de omni persico prædictetur, non autem de aliqua particulari specie. Neque, ut ait Cornarius, uocat nostra ètas quedam persica mala duracina, quod osce ceteris duriora sint, sed antiquos secuta, quod pulpe consistentia gustui graviora fese offerant, & longiori tempore perdurent. Quod quidem palam facit Plinius lib. xiiii. cap. iii. cum ait. Duracina uua sine illis uasis in uite seruabilis est: tanta est contra frigora, & flus, tempestatesq; firmitasq;. Hanc & Columella prætulit in cibis. Postremò quod rhodacene arbor, persica arborem, in uniuersum significet, cum Cornarius ipse id firmiter afferat, opus sane non esset, hoc pluribus comprobare. Sed ne fortassis putaret sibi ipsi non esse adhibendam fidem, Aëtium consulat, Constantium Cœarem, & Symeonem Sethi inter recentiores Græcos. Siquidem ij pluribus in locis manifeste demonstrant, nil aliud per Rhodacenam se intellexisse, quam ueram, legitimamq; persici plantam. Persicorum onne genus damnauit Galenus libro ii. de alimentorum facultatibus, ut præuici suci, & que facile corrumpantur, ac noxam uentriculo inferant: qua propter Persica primis mensis semper edenda præcipit. Quare ego certe nescio, ex quorum scriptis deprompsierit Plinius, quod inuenia expetantur ægris. Nisi fortasse & ipse pro persico perseum deceptus accepit, quemadmodum fecere recentiorum nonnulli. Persici flores esu alium deiiciunt, itemq; uomitiones cident, sed non absq; labore, ac detimento. Non defuerunt, ut Marcellus Florentinus, & Simphorianus Campegius in historialibus Galeni campis, qui existimauerint eandem plantam esse persicam, & perseam, de qua agit Dioscorides in huicse primi uoluminis calce. Que (ut tradunt) ea profecto est, que in Perside exitiosa nascitur, et translatâ in Aegyptum coeli illius clementia mortiferam in salutarem uerterit naturam, adeò ut in cibos recepta, tam sanis, quam morbosis prorsus habeatur innocua. Huius historiam latius prosequitur Theophrastus lib. xiiii. de plantarum historia (ut infra suo loco dicemus) quā si quis perlegerit, hanc à nostris persicis plurimum disidere comperiet. Manifesto etiamnum argumento sunt Dioscorides, & Galenus, quod hæ plantæ inter se differant: quandoquidē ij de his ut forma, & genere differentibus seorsum suis scriptis tradiderunt. Armeniacæ præterea, que Latini, ut in Dioscoride legitur, præcacia nominant, & Græci bericacia pronunciant, nos in Hetruria Græcos imitati vulgo Bacochæ, & Moniache corruptis uocabulis appellamus, ac si diccremus Bericacia, & Armeniacæ. Plura eorum uisuntur genera magnitudine potius, quam genere differentia. Quod euenit non modò celi clementia, & terræ admodum frugiferæ dotibus; sed & cultorum mangonio: namq; ex multis plante in stione maxime proficiunt. Porro omnia, ubi maturitatem senserint, aureo colore splendent. Idecirco Romanis vulgo Grisomele, quasi chrysomela dicuntur, eaq; præcipue, que eo tractu cum persicis magnitudine certant. Maturescant in eunte estate mense iunio ante alios fugaces fructus, unde meritò Præcacia dicta. Ea parum generæ, & naturæ dotibus à persicis disidere, testis est Galenus libro secundo de alimentorum facultatibus: sed non itē in uentriculo, ut illa, tam citò corrumpi. quanquam recentiores medici ea longè magis, quam persica, corruptioni obnoxia experientia contendunt. Insuper Medicæ mala, ut ex nomine cognosci potest, ex Media primum aduecta sunt. hæc Latinis Citria, uel Citromala uocantur. Eorum arbor aurantiorum, ac limoniorum plantas magnitudine æquat. Folia, que perpetuo ei uirescant, aurantijs parum, uel nihil refragantur, foraminibus uisum ferè effugientibus ubiq; punctim traicta. Namobrem nesciuerim ego, qua ratione Theophrastus (ut Theodorus interpretatur) ei folia assignauerit portulace, que illi nullis notis consentiunt. Quo fit, ut admirari non liceat, si recentiorum plerique existimauerint Theophrasti codicem hoc in loco scatere mendis, & quod ubi legitur ḍοξαννα, id est, portulacea, legi

Armeniacœ
rum confide-
ratio.

Medicorū ma-
lorum confi-
deratio.

legi potius debeat ὁρέων, id est, araneorum tele. Quandoquidem ijs fortasse uidebatur, quod, cum mali Medicæ folia sint ubique minutis admodum punctis perforata, ita ut linteoli spissioris modo sint transparentia, facile telis araneis comparari posent. In quorum sententia ego quoque perfisi, quousque Plinius inde me reuocavit. Quippe Theodori la-
cūm accuratus Plinii perlegisse, comperti Theodorum, alioquin uirum & Græcum natione, & Latinæ lingue
peritissimum, male Theophrastum hoc in loco fuisse interpretatum, & uocabuli significatum minus recte accepisse.
Siquidem, ut apertissime declarat Plinius lib. xiiii. cap. xxii. Adrachne arbor est arbuto admodum similis. In-
quit enim, Adrachnem omnes frē Græci portulacæ nomine interpretantur, cum illa sit herba, & andrachne uoce-
tur, unius literæ diuersitate. Ceterum adrachne est sylvestris arbor, neq; in planis nascens, similis unedoni, folio tan-
tum minore, & nunquam decidente. Hinc ergo facile colligi potest, huic plantæ, que arbiti frondibus perpetuo ni-
rescit laurinis similibus, Medicæ malifolia comparasse Theophrastum. Citrea arbor omnibus horis pomifera est: alia
nanq; matura cadunt, alia maturescunt, alta uero subnascuntur. Hæ Plinij euo non erant in Italia, ut ipse testatur
lib. xiiii. cap. iiiii. ubi inquit, sepius tentasse gentes, plantas è Media transferre ad se, que tamen ibi diu uiuere ne-
quiuerunt, licet magna cultorum solertia fuerint enutritæ. Nunc uero contraria translatiæ factæ sunt, atq; cum Ita-
lo solo tantam iniere gratiam, ut non modò in maritimis, sed in mediterraneis quidem tum hortis, tum uiridarijs, tum
etiam nobilium lacuum ripis frequentissime feliciter germinent. Postquam cultu, & diligentia Palladij (is enim pro-
ditur primus artem adiuuenisse) factum est, ut ex Media in Italianam translaterent, ac propagauerint. Theo-
phrasti estate Cittia mala nondum in ciborum usum uenerant, eorum testimonio, que ipse lib. xiiii. de plantarum hi-
storia memorie prodidit, sed tantum odoris gratia uestibus inserebantur. Quin & eorum usus erat antidoti loco con-
tra uenena, ad que demolienda semen precipue efficacissimum habent. Resert Atheneus, quod cum princeps qui-
dam Aegyptius maleficos quosdam damnasset nebulae, quo suorum facinorum lucent poenas, aspidibus secundum
Aegyptias leges in predam exponendos, ijs Citrium in itinere, dum ad bestiarum pabulum ducerentur, comederunt,
quod caupona quædam uicem eorum dolens, atq; miseriam, illis dederat. Mox cum in theatrum descendissent, & ab
immanibus, ferociissimisq; feris demorsi essent, nihil sanè molestia senserunt. Qua de re prefectus non parvum cœpit
admirationem, & à milibus diligenter inquirens, an antidotum aliquod presumpsissent, certior factus est, citriu[m] tan-
tum ex integra simplicitate donatum, eos comedisse. Postridie uero iusit uni preberi, alteri denegari, & denuo in
theatrum trudi ad supplicium. Quo facto, qui comederat, demorsus nihil incommodi passus est: alter uero à fera ictus
undiq; liuidus factus, confessim interierit. Narrat præterea Theopompus Chius duodequadragesimo suarum historia-
rum uolumine, Clearchum Heracleotam Ponti tyrannum multos ueneno necasse: sed ille, inquit, plures adhuc inter-
fecisset, si populum prestantissima citri uis latuisset. Seruantur Cittia mala diuitius incorrupta, si hordei, uel milij
aceruis obruantur. Sed habita medicinæ ratione, iam de eorum uiribus plenus differendum est. Cittia itaq; uene-
nis aduersantur, eorumq; maxime semen. Citrij decoctum collutione, horis halitum commendat, suavitatemq; acce-
rit. Ipsa autem integræ uestiarijs condita, uesiles non modò gratissimo odore perfundunt; sed eas etiam à tineis, &
blattis uindicant. Si cruda tamen manduntur, non facile colliioni obediunt: quin & crassum generant succum: ob hoc
uesci ijs melle, aut saccharo conditis satius est, quod uentriculum commode calefaciant, ac roborent: quanvis hæc no-
stra ætas gulæ nimium indulgens in cibis citria cruda preferat cum assatis carnibus estata. Citria aduersus atram bi-
lem, & morbos mortuos, quos illa excitat, opitulantur. Semen priuatim scorpionum icibus & potum, & appositum
mirificè medetur. Acidus eorum succus flauam reprimit billem, arcetq; pestis contagia. Proinde recentiores medici
ad febres pestilentes serapijs ex eo confectis feliciter utuntur. Ea principem in cibis obtinent locum, que in Lacus Be-
naci ripis proueniunt; que etiā parum mala Limonia dicta magnitudine superent; maiorem tamen ceteris ab ore in-
cunt gratiam. Que uero ex Ligurie uiridarijs, & Adriatici, & Aegæi pelagi insulis, alijsq; locis afferuntur, etiā
melopeponum modo crassescant, speciosaq; magnitudine excellant; cum tamen insipido gustu non multum placeant,
in cibis non æquæ ac illa, præstant: uerum quod pulpa copioiore constent, officiis expetuntur saccharo, uel melle af-
seruanda. Citrij mali meminit Galenus lib. vii. simplicium medie sic inquiens. Mali medicæ fructus non am-
plius malum medicum, sed ab omnibus Citrium nuncupari adsolet. In semine quidem uincement habet qualitatem a-
cidam, & sicciam; ut ipsum tertij sit ordinis ressecantium, refrigerantiumq;. In cortice uero uidem desiccantem tem-
periem est fortitus, non parum tamen habentem acrimonie: proinde desiccat hic secundo excessu, non tamen frig-
dus est, sed aut temperatus, aut paulò infusa. Porro caro eius pariter crassi succi est, & pituitosa, frigid. q; nam
& ipsa editur, sicut & cortex. Semen omne edi ineptum est, tum humidum illud, & acidum, de quo primum differ-
ui: tum nucleus, qui in illo inuenitur, id quod re uera semen est. Hic amarus est, & digerendi uidelicit, siccandiq; fa-
cultatem obtinens, secundo quodammodo ordine à temperatis recedens. Folia uero deniq; exiccati, ac digerendi
uim obtinent. hæc tenus Galenus. Vbi animaduertendum est, quod cum initio capitii inquit, In semine quidem uincen-
tem habet qualitatem acidam, & sicciam; ut ipsum tertij sit ordinis ressecantium, ac refrigerantium, Galenus non de
nucleis intellexit, neq; de uero eorum semine; sed tantum de acido Citrij succo, in cuius medio ubiq; includitur semen.
Eam autem fuisse in hoc Galeni sententiam, eius uerba in calce ferè capitii ostendunt, que ita sonant. Semen omne
esui ineptum est, tum humidum illud, & acidum, de quo primum differui: tum nucleus, qui in illo inuenitur, id quod
re uera semen est. Hic amarus est, & discutit, hoc est calefacit, & exiccat secundo recessu. Quam rem male, meo
quidem iudicio, asscutus Auicenna, utpote qui non recte distinxerit, neque hac in re planè Galeni sententiam acce-
perit, libro suorum canonum secundo semini Citrij secundam calidorum, & siccorum sedem assignauit: tractatu ue-
ro, quem cordis uiribus dicavit, eidem tertiam frigidorum, & siccorum classem adscripsit, nullum quidem uerbum fa-
ciens de acido Citrij succo, quem à Galeno sub seminis nomine comprehensum fuisse demonstrauimus. Non longe na-
tura, & uiribus à citrijs distant mala LIMONIA, & AVRANTIA dicta, & illa, que ADAMI poma uulgō
uocantur,

Citriu[m] mi-
ra facultas.Citriu[m] ui-
res.Citriu[m] mali ui-
res ex Gal.Auicenna no-
tatur.Limonia, Au-
rantia, & Ada-
mi poma.

Nomina.

uocantur, nos uero Lomie dicimus: tametsi Limonia, cum sint gustu omnibus ijs speciebus acidiora, ob id succo & frigidiora, & sicciora esse, argumento duci posse. Quin & Aurantia cortice calidiora censenda sunt, quandoquidem is reliqua acrior, atq; amarior gustatu deprehenditur. Aurantiorum (quemadmodum etiam de punicis superius diximus) in Italia tria obseruantur genera, dulcia, acida, & uinolenta, siue mixta. Dulcia in omnibus partibus exalſatiunt. Aliorum uero succus refrigerat, prout maiore, seu minore refracta sunt aciditate. Quocirca febricitantibus ad reſtinguendam ſitum, acida quidem, & uinosa, non autem dulcia ſunt exhibenda. Fit ē Limoniorum ſucco, ſicut & citriorum, ſerapium ad reſtinguendum blis ſeuorem non inutile. Item & ad peſtilentes febres, & eas, que contagione non uacant. Aqua, que ē Limoniorum ſucco calentis aquae balneo, & uitreis organis extrahit, preterquam quod mulieribus expedit pro ſuco ad faciem expoliendam, uitilignes ubiq; ſint, & totius corporis maculaſ emendat, uaros delet, & acaros intermit. Serapijs admittit ſebris acutis, et contagioſis mirē ſuccurrit. Epo ta uentris tineaſ enecat: id quod etiam preſtat ſuccus recenter expressus, unciae pondere potus. Ceterū non pa- rum laboris impendit uideatur Brasauolus in preſatione ſui de ſimplicium examine libri, ut doceret, unde emanauerit Arantiorum uocabulum. Sed licet ibi plura de eius origine referat; ea tamen, meo quidem iudicio, non multum nomini quadrant. Quandoquidem ego potius existimauerim, uulgō Arantia, quaſi Aurantia, altera expuncta litera, dia- et a fuſſe. Nam cum hec poma auri colore reſuceant, ab auro merito nomen accepiffe uidentur: unde, quantum equi- dem reor, Aurantia, hoc eſt, aurea mala dicta fuſſe. Reliquum eſt, ut ſingulis malis ſua reddamus nomina. Mala ita Latinis dicta, Græcis μῆλα uocantur: Arabibus, Tuffa, ſeu Tuſaba: Itali, Mele: Germanis, Oepffel: Hispanis, Mansanas: Gallis, pomes. Ea uero, que Grece πυράννη μῆλα, Latinè Cotonea, & Cydonia mala dicuntur: Arabicè Saffargel: Italicè, Mele cotogne: Germanicè, Quitten, aut Kuttien: Hispanicè, Membrillos, & Marmellos: Gallice, Conting. Que autem Græcum nomen habent μελίμηλα, ή γλυκύμηλα, corum Latinum eſt Mellita, uel Dulcia mala: Arabicum, Melomella, & Galopomella: Italicum, Mele dolci. Mala, que περσικά μῆλα, καὶ ἡ ὁδοῖνα Greco nomine, Latino Persica mala appellantur: Arabicò, Saueb, ſeu Chaueb: Italico, Pesche: Germanico, Pferſich: Hispanico, Pexegos: Gallico, Pesches. Μῆλα ἀρμενικά, περικόνια, καὶ βεριχώνια que Græci, Latini Armentacea mala, et Præcocia nominant: Mauritan, Mermex ſeu Mirmix, Mex, Mesmes, ſiuſ Mifmis: Itali, Armeniache, Bacoché, Moniache, et Grisomèle: Germani, s. Iohans pferſich: Hispani, Albiricoques, Albarchigas, et Aluaricoques: Galli, Abricot. Mala deniq; Μελικά μῆλα, ή κεδρόμηλα à Græcis uocata, Latinis ſimiliter Medica mala, aut Citromala, et Citria dicuntur: Itali, Cedri, et Citroni: Germanis, Citrin oepfel, Iuden oepfel, et Citronaten: Hispanis, Cidras: Gallis, ſiuſ Citron.

A' τια. PYRA.

CAP. CXXXII.

PYRORVM multa genera. Quæ tamen omnia adstringunt: proinde adduntur conuenienter in repellentia cataplasmata. Decoctum e ſiccis, & cruda ipsa aluum ſiſtunt: iejuinos eſitata laedunt. Achras pyraſtri genus eſt, quod tardissime matureſcit. Vim pyro adſtrigentiorem habet, & ad eadem conuenit. Stringunt etiam eius folia. Ligni pyrorum cinis efficaciter his auxiliatur, quoſ fungi strangulant. Auent fungos, ſi ſyloſtria pyram eis coquantur, innoxiſ fieri.



Pyrorum coſideratio.

Pyrorum fa-
cultas.

QVONIAM Pyra uulgatissima ſunt non modo in Italia, ſed ubiq; in tota Europa; ideo ſuperuacancum duxi eorum arbores per hiftoriam explicare. Multa, ac uaria apud nos Pyrorum numerantur genera, quemadmodum & apud antiquos. Qui, ut Plinius refert libro, & capite x v. celebrauerit ſuperba, falerna, decumiana, dolobelliana, pompeiana, liceriana, ſeu eriana, tyraniana, fauoniana, lateriana, anitiana, tiberiana, ſignina, purpurea, ſementina, laurea, amphorina, coriolana, cucurbitana, & alia, quorum enumeratio longa foret. Quas ſanē uarias appellationes mutuata ſunt, uel ab hominibus, qui primū ea in ciborum uſum reuocarunt, uel à locis, unde uenerant; aut à notis, quas ali quibus fructibus acceptas referebant; aut à colore proprio; aut à tempore, in quo ab arboribus decerpebantur. In hoc itaq; noſtri quoq; Hetrusei antiquorum conſuetudinem ſecuti, uarijs nomi- minibus a diuerſis inditis cauſis ſua Pyra uulgō appellant moschette, giugnole, ciampoline, roggie, ghiacciuole, spinose, quadra- ne, carouelle, papali, ſan Nicolo, durelle, zuccate, campane, uer- nareccie, gentili, porcine, ſementine, & plura alia habent alijs nomenclaturis appellata. Ceterū ſi quis uellet in noſtris ueribus

uiribus

terum Pyra collatione aſſequi, operæ pretium eſſet, ut unumquodq; eorum genus peculiarem, perſpicuamq; habuiffet


descriptionem: quandoquidem fieri non potest, ut ex ſola nomenclatura innotescant. Porro in uniuersian de eorum

uiribus

varibus differentes, dicamus, sicuti etiam de malis diximus, quod pyrorum facultates, ex saporibus gustu dignoscuntur: cum dulcia natura distent ab acerbis, acidis, austenis, & ab his, que unum, vel plures pre se ferunt sapores: & contraria, h.e.c deinceps ab illis sint diuersa. Pyra (ut scriptum reliquit Galenus lib. v. simplicium medic.) esu stomacho grata sunt, quin & uim habent exiccandi. Atque sylvestribus magis adstringendi facultas intet: ob id etiam magis prestant contra fluxiones. Et libro 11. de alimentorum facultatibus ita scribit. Quae de malis diximus, si omnia ad pyra, & punicam transferantur, nihil nouo alio super his sermone opus erit. Nam in ijs quoq; alia austera tantum, vel acerba apparent: ueluti quedam acida, quedam dulcia, quedam deniq; ex horum miscione composita: sunt que nullam penitus huiuscemodi qualitatem exuperantem habent: quo fit, ut cum aqua sint, ac hebetia, nulla roburandi ui polleant. Talis igitur omnino pyrorum usus, qualis malorum. At pyris, praesertimq; grandibus, que apud nos medicinae vocantur, aliqua alendi facultas donata est. Proinde ea secta in tenues orbiculos, siccataq; reponunt. Quibus coctis per hyemem, & uer, cum fames est, ciborum parum nutrientium uice uestuntur. Pyri fructus, qui & uia Nomina. Greecis, Latinis Pyra dicuntur: Arabibus, Humechite, Cirmetrg, seu Kemetri: Italos, Pere: Germanis, Pyren: Hispanis, Peras: Gallis, Poires.

Pyrorum uires ex Gal.

MESPILVS PRIMA.



Mεσπιλον. MESPILVS.

MESPILVS ALTERA.



CAP. CXXXIII.

MESPILVS, quae nonnullis aronia vocatur, spinosa arbore est, folio + pyracanthae, sive oxyacanthae. Fert pomum suave, exiguo malo non dissimile, tribus intus osiculis: qua ex causa id nonnulli tricoccon appellauere. Tardè maturescit, esu adstringit, stomacho gratum est, aluumque supprimit. Alterum mespili genus in Italia nascitur, quod aliqui setanium, alij epimedida vocant. Arbor folijs mali, sed minoribus. Pomum fert rotundum, esu aptum, vmbilico latiore: quod adstringit, seroque maturescit.

MESPILOVM hic à Dioscoride duo recensentur genera: quorum illa, que folijs est pyracanthae, sive oxyacanthae nostratis hand quaquam adstipulari uidetur. Quippe (ut sensu patet) nostrates Mespili folijs oblongis, Laurinus fer similibus uirent, non autem apij modo per ambitum incisis, uelut oxyacantha. Fructum ferunt non quidem gustatu suauem, sed potius inincedum, quod acerbus sit, & austerus. Quin & is quina includit osicula, non sani terna, ut primo Mespilorum generi assignat Dioscorides. Cæterum si fructum profert Italia, qui priori Mespilo legitime adscribi posset, eius nimirum arboris erit, que Neapol, ubi copiosa seruit in hortis, uiridarijs, ac uineis, Azarolo uulgo nominatur. Huius plures plantas uidi ego primum Neapol in amplissimo uiridario Pompei Careinalis

Mespilorum confid.

Azaroni de-
scriptio.

dinalis à Columna via, qua itur ad poëtæ Maronis sepulcrum, uel ut vulgo dicunt à Pedigrotta. Arbor est mediocris proceritatis, cortice, ac materia pruno haud absimilis: spinis horrida, non tamen admodum acutis: folijs laciniatis, apij emulis. Ex quo perfici potest, eos Dioscoridis codices hoc loco scatere mendis, in quibus depravatae legitur, hanc arborem folijs esse pyxacanthe, non autem, ut legitime legi debet, oxyacanthe. Nam (ut superius suo loco explicauimus) oxyacanthe folijs germinat dissectis; pyxacantha uero buxi modo oblongis. Cuius rei illud manifestum est indicio, quod de hoc Mespilorum genere posteritatis memoria prodidit Theophrastus lib. 111. cap. xii. cum inquit. Magnitudine arbor ista excellit, gyroq; comatur. Folium magna ex parte infissum, quod uel apium parte postrema imitatur, ampliore figura, quodq; promissam, neruosum, apio tenuius, oblongius, totumq; circumfusum est, & pedunculo tenui, ac longo dependet: antequam decidat, uchementer rubet. Radice numerosa, altaq; arbor coheret: ob id diuturna, & inextirpabilis est. hactenus Theophrastus. Que sanè uerba certo sunt argumento, eam Dioscoridis lectionem planè depravatam esse, que huic Mespilorum generi pyxacanthe frondes reddit. Quinetiam folium expli-
cant oxyacanthe à Dioscoride eius in historia silentio disimilatum, quod scilicet apij modo per ambitum sit disse-
ctum. Sed illud etiam non ignorandum, tantam oxyacanthe cum hac Mespilo intercessisse cognitionem, ut si Mespi-
lus hæc oxyacanthe inseratur, omnium speciosissima proueniat, & longe magis fructifera euadat. Sed ut redeamus
eò, unde codicis mendæ, que librariorum incuria est, nos diduxerant, dicimus, quod Azaroni uocata fructus nullis
prorsus notis reclamant Mespilos, que primo loco à Dioscoride descripta sunt. Siquidem iij exigui sunt, terrena inclu-
dunt oscula alijs Mespilos duriora; quamquam magnitudine, & forma dissimili, seram sentiunt maturitatem, ori-
grati habentur, stomacho non iniucundi, & reliquis deniq; notis, ac qualitatibus illorum speciem adeo repre-
sentant, ut non aliud hac in re afferendum putauerim, quam quod idem sint Azarola, & Dioscoridis Mespila a quibus-
dam Aronia dicta. Que porro Mespili aliquibus Setane, & Epimedelis appellantur, uulgaribus nostratis col-
latæ, nihil inter se dissentire comperiuntur. Quapropter nil mirum scriptis mandasse, Dioscoridem, alterum hoc Me-
spili genus copiosum in Italia nasci. Veruntamen Galenum Epimedelis appellatione aliam arborem à nostratis Mes-
pilos diuersam sumptuisse, liquido constat. Quandoquidem libro v. simplicium medicamentorum scribit, eius fru-
ctum acerbum esse, & uentriculo noxiū. Epimedela autem à rusticis Italie uedonem nominari. Hoc insuper illud
confirmat, quod Galenus de utroque Mespilorum genere, seorsum diuersis capitibus tradiderit. In Mespilorum
historia Serapio aperte hallucinari deprehenditur: quippe qui forbi titulo omnia referat, que de utroque Mespilo-
rum genere scripsit Dioscorides. Verum et si hac in re is quidem aberret; declarat tamen primum Mespili genus no-
bis Italiam Mauritanos secutis Azarolum esse: nanque is Arabico idiomate Mespila Zaror appellat. Mespilorum
uires recensuit Galenus libro vii. simplicium medicamentorum, sic inquens. Mespili fructum, alij tricoccum nomi-
nant, quod tria intus in uniuersum gerat grana, quorum unumquodq; arboris est semen, eeu ea, que in malis inue-
niuntur, ipsius mali; & acini, ipsius uitis; & ficus, minuta illa grana, quas cenchramidas Greci uocant. Arboris
huius fructus admodum acerbus est, uixq; edi potest, uentrem strenue coercens. Quin & in germinibus, & folijs a-
cerba hæc qualitas non pauca reperitur. Et libro xi. de alimentorum facultatibus sic inquit. Horum eadem quo-
que predictis est ratio. Ambo enim adstringunt, sed multo fortius Mespila, quam sorba. Quamobrem alio fluenti in
cibo accommodatisimè exhibentur: sorba tamen ipsi sunt suauiora. Prorsus nanque nihil acerbi, uti Mespila obti-
nent, sed succus eorum citra acerbitatem austerus est. Illud porro neminem puto latere, hæc omnia parcè, non affa-
tim, ut ficus, uasq; esse comedenda: nequaquam enim eis, ut cibis, sed ut medicamentis potius indigemus. Hæc no-
nus longe tibi fuerit utilius, quam si primam huius dictionis ὄντων syllabam ab antiquis Atheniensibus per, o, solū
prolatam, scriptamq; fuisse cognoscas. Arbor μεσπίλον, ή μεσπίλα Grecis, Latinis item Mespilos, & Me-
spila nominatur: Arabibus, Zaror, seu Zarur, & Alzarur: Italiam, Nespolo: Germanis, Nesspel: Hispanis, Nespe-
ras: Gallis, Nesplter.

[†] Ne uideamur hic temere communem lectionem immutasse, que est pyxacanthe, lectorum admonere non alienum
duximus, uariam esse huius loci scripturam in Grecis tum imprecis, tum uetus exemplaribus. Verum ea nobis ma-
gis probanda uisa sunt, que habent pyxacantham, uel oxyacantham (idem enim esse putamus) innixa rationibus, quas
in commentario adduximus.

Λωτὸς δὲ δέργον. LOTVS ARBOR.

CAP. CXXXIV.

LOTVS arbor est vastæ magnitudinis, ferens baccam pipere maiorem, dulcem, cibis gratam, sto-
macho facilem. Aluum fistit baccis. Ramentorum ligni decoctum siue potu, siue infusione dysente-
ris, ac febris fluxione vuluæ laborantibus, auxilio est: rufat capillos: citam aluum cohibet.

Loti arboris
historia.

LOTVS arbor Latinis Celtis uocatur. Differentiae generum plures (ut libro & capite 111. de plantarum
historia prodidit Theophrastus) eaq; maxime fructuum uarietate inter se discreta produntur. Sed Loti proprium ge-
nus consurgit pyri magnitudine, aut paulo minore: folijs per ambitum serratis, alioquin ilicis uiderentur. Fructum
profert magnitudine fabæ, qui uariorum modo maturescit, uarie colores immutans, gustatu prædulcis, suavis, atq; etiæ
stomacho salubris. Gignitur alter absq; interiore nucleo, qui non modò ceteris præfertur, quod uentriculo suauior
sit; sed etiam quod uinum reddat. Numerosa hæc arbor in Pharide insula, ideo Lotophagia uocata, quod inibi Loti
fructu uictus incole. Ceterum non minor Lotorū copia in continentu, sed longe largior: plurima enim hec in A-
frica, ubi tanta fructus & arboris copia narratur, ut diebus pluribus exercitum Ophelli Carthaginem petentis in cō-
meatu defecit, hoc tantum fructu uictitasse, ex historijs habeatur. Scribit Plinius lib. xiiii. cap. xvii. Lotū arborē
estate

LOTVS.



etate sua extitisse Italie familiarem, ac uulgo cognitam, licet mutato solo, cœliq; climate, unde nobis allata est, à grata illa fructuum dulcedine degenerauerit. Dioscorides non alijs notis reddidit Lotum, quam quod arbor esset uaste proceritatis. Cui subscribens Plinius lib. xvi. cap. xx. sic inquit. Lotus præcipue domibus expetitur, ramorum petulantia, latissima expanſionum umbra, & in vicinas domos ſepe transfluentum. Item eodem loco ita ſcribit. Loti fructus ſylvestris quidem eft, ſed cerasorum pené natura. Nulli breuior opacitas, nec auferit ſolem hyeme decidentibus folijs. Nulli cortex incundior, aut oculos excipiens blandius. Nulli rami longiores, ualidioresq; aut plures, ut dixiſſe totidem arbores liceat. Cortice pelles tingunt, raddice lanas. Quamobrem putauerim ego, ſi modo hodie Loti nafcuntur in Italia, cum non aberrare, qui ueram lotum, preſertim Dioscoridi, & Plinio, eam eſſe arborem dixerit, que in Tridentino, & Goritiensi agro uulgo Bagolaro uocatur: in Veronensi uero, & in alijs quibusdam Italie locis Perlaro. Siquidem licet harum arborum multæ pyri magnitudinem euent; plerque tamen conficiuntur, que longe pyrum proceritate uincunt. Haec itaq; præterquam quod caudice conſtant crassissimo, ramis latissimis in altitudinem ſe extollentibus; cortice ſpectantur leui, colore in cœruleum nigreſcente. Quo fit, ut is grato coloris aspectu reſpicientium oculos mirum in modum ad ſe allietat, ut tradidit Plinius. Folijs uirent ilici proximis, per ambum serratis, asperisq; que medio autumno flacceſcent. Fructus eis cerasorum ſimilitudine, qui ut illa, longiore pediculo pendet. Is primo uiret, mox in candidum flauescit, deinde per maturitatem rubescit: denique, poſquam maturuerit, nigricat, gustu ſuauit, non ingrato. Que omnes huiusce arboris delineationes, ac note Theophrasti, Dioſcoridis, & Pliniſſi loto plane reſpondere uidentur. Quare non equidem diſſitebor, Lotum quoq; hoc

Lotus Italica.

euo Italicę eſſe copiosam. Ceterum neſciuerim ego, quorum teſtimonio, & auctoritate frētus Ruellius lotum exiftimauerit plantam exiguum illam, quam Hetrusei uulgò Agrifolio dicunt: ē cuius cortice (ut ſuperius de paluero diſſerentes diximus) ut ex uiburno noſtro, uulgò uero lantana, quidam uifcum conſciunt, quo aues capiuntur. Que ſanē opinio tantum abeft ab hiftoria loti, quam ex Theophrastro, Plinioq; retulimus, ut etiam ei prorsus aduerſetur. Quippe quoniam Agrifolium arbor eft, perpetua uirens coma, folijs admodum per ambitum aculeatis, exigua proceritate, & cortice uiridi: que note penitus loti deſcriptioni repugnant. Lotum ſcriptis tradidit Galenus libro vii. ſimplicium medicamentorum, biſ uerbis. Lotus arbor non ita multe adſtrictorie qualitatē eft particeps, ſed & tenuum partium eft, & exiccatorius. Itaque lignorum iſorum ramenta muliebri accommodantur profluui, & dysenterijs, & coeliacis affectibus. Decoquuntur uero interim in aqua, interim in uino, nimurum prout uifus popofcerit, nec infunduntur tantum, ſed & bibuntur. Quinetam quod pilos defluentes cohibeat, non paruum ſignum eft iſum adſtrigentis eſſe cuiusdam, ſimiliter mediocriter deſiccantis facultatis. Dicitum quippe eft & in ſermonе de ladano, cuiusmodi eſſe facultatis oportere, quod fluentes capillos eſſet cohibitum. Planta, que Græcis λωτός ένδογ, Latinis Lotus arbor, & Celtis appellatur: Arabibus, Sadar, Sedar, ſeu Alſadar: Italis, Loto albero: Hispanis, Almez.

Ruellij error.

Loti uires ex Galeno.

Kεανία. CORNVS.

CAP. CXXXV.

CORNVS dura arbor eft, baccas ferens oliuæ modo oblongas, que primū uirent, deinde per maturitatem rubescunt, aut ceræ colorem repræſentant. In cibo adſtrigunt: profluui alii, atque dyſenteriæ ſalutares, ſiue in edulio, ſiue in defruto exhibeantur. Muria, ut oliuæ, condiuntur. Sanies, quam uirentia folia torrendo refudarunt, impetigini conuenienter illinuntur.

CORNVS eft uulgaris notitie. Ceterum (ut lib. iii. de plantarum hiftoria, cap. xii. memorie prodidit Theophrastus) ſexus in ea duplex inuenit. Nanq; conſurgit mas duodecim cubitorum altitudine: folio amygdale, niſi quod pinguus, crassiusq; cortice neruoso, & tenui: caudice non minus crasso. Fœmina uirgas paruas, ſicut ſaxifraga amerina, ſuo latere proferit, & fructuofior eft. Nodos ambæ, perinde ac uitex, tum germinatos, tum inuicem congruos habent. Materies maris excors, totaq; ſolida, cornibus densitate, firmitateq; ſimilis, unde illi nomen. Fœminæ uero medullam continent, & mollior eft, atque cauatur: ob id ad uenabulorum uſum inutilis. Qui Idam Troianam incolunt, marem ſterilem dicunt; fœminam autem fructuofam. Nucleum fructus oliuæ ſimilem habet, gument dulcis, odoratuq; gratus. Flos oleæ, & floret, fructificatq; eodem modo, ut singulari pediculo plura proferat. In Macedonia uero (ueluti etiam in Italia) ambæ fructiferæ ſunt: ſed mas per eſtatem, fœmina uero per autumnum

Corni conſideratio.

o baccas

CORNVS.

Theophrasti
locus suspe-
ctus.

Cornorum
usus in cibis.

Corni uires
ex Galeno.

Nomina.



SORBVS.

Sorborum con-
sideratio.

Sorborum ui-
res ex Gal.

Nomina.



baccas maturat, huius tamen baccæ tantum masculæ bonitate ce-
dunt, ut mandi uix possint. Porro caendum est, ne Corni arbo-
res prope aluearia conserantur, uel à natura productæ ibidem
permittantur: quandoquidem apes flore eius degustato alio cita-
ta commoriuntur. At certe mirandum est, quod scriptis man-
dauerit Theophrastus, Cornum arborē amygdalæ folio uirescere,
cum longè diuerso prorumpat. Eaq; propter dixerim ego, aut in
Theophrasti exemplaribus hoc loco mendum subesse, aut in Ida-
monte prope Troiam tum soli, tum etiam celi magis aestuante na-
tura, cornu folia adeo restringi, ut amygdalæ quadrâtenus emu-
la uideantur: et si, meo quidem iudicio, potius putandum sit, Theo-
phrasti lectionem hoc in loco depravatam esse. Fit ex baccæ
rum pulpa quoddam obsonij genus cydonite non disimile. Quin
& ex eorum decocto, & saccharo liquor ignis opere, & coctu-
ra concrescit, coagulaturq; qui præterquam quod gratissimo
placeat gustu, datur utiliter dysentericis, ac foeminis mensum
profluum laborantibus. Corni uires memorie prodidit Gale-
nus libro VII. de simplicium medicamentorum facultate, sic in-
quiens. Corni arboris fructus admodum acerbus est, ejus aptus.
Itaque mirum uideri non debet, ipsum ualenter uentrem restrin-
gere, sicut & mespila. Folia quoque, & germina gustu acerba
sunt, ualenterq; desiccant. Itaque maxima uulnera glutinare
possunt, potissimum durorum corporum: at paruis uulneribus,
& mollioribus corporibus magis contraria sunt. Nam nimium
ea contendunt, ac plus satis desiccant. Arbor, que Grecis
νεκυια, Latinis Cornus uocatur: Italos, Corniolo, ueluti fru-
ctus eius Cornole: Germanis arbor, Cornelbaum, Kurbeerbaum,
& Dierlem: fructus uero Vuelsch kirschen: Hispanis, Cornizolos:
Gallis, Cornier.

Ova. SORBA. CAP. CXXXVI.

SORBA colorem luteum referentia, priusquam
maturescant, dissecta, & sole siccata manduntur, ut al-
uum sistant. Eadem est functio molitorum farinæ, si
polentæ loco sumatur. Quod & decoctum eorum in po-
tu præstat.

SORBA fructus sunt in Italia uulgatissimi, nullisq; non co-
gniti. Veruntamen illud non duxi prætereundunt (ut hic nonnul-
la perstringam ex his, que de Sorbis latius tradit Theophras-
tus libro III. cap. XII. de stirpium historia) quod in sorbo
etiam maris, ac foeminae differentia dignoscitur, certo quidem
argumento, quod una sterilis sit; altera uero fructifera. Quin
etiam in pomis discrimen, quod alia sint orbiculata, & succo or-
doratiore, dulcioreq; placeant: alia uero ouata, ut que etiam
pyri effigiem representent, gustui acidiora, & asperiora pre-
dictis, minusq; olenitia. Sunt & syluatica Sorba, que maturi-
tatem adepta ori non insuavia habentur. Hæc adstrictoria uido-
mesticis longè excellunt; si tamen immatura insolentur.

Sorba, testimonio Galeni tum libro VIII. simplicium me-
dicamentorum, tum libro XI. de alimentorum facultatibus, can-
dem adstringendi naturam præstant, quam mespila, sed imbecil-
iore effectu. Vtraque tamen in medico usu magis, quam in ci-
bis expetuntur, probanturq;. Sorbi fructus Greæci ova, La-
tinæ Sorba: Itali, Sorbe: Germani, Speierling, Sporoepffel,
Sperbieren: Hispanis, Sorbas: Galli, Cormier a nominant.

Kox-



PRVNVS arbor est nota. Cuius pomum estur, sed stomachum malè habet, aluum mollit. Syriaca pruna, & præcipuè quæ Damasci gignuntur, exiccatæ stomacho utilia sunt: aluum adstringunt. Folia pruni in uino decocta collutione, & gargarizatu, uuam, gingiuas, & tonsillas fluxione laborantes reprimunt. Præstant idem sylvestrium Prunorum bacca, post maturitatem exiccatæ: cum sapo uero decoctæ stomacho utiliores reduntur, aluumque magis adstringunt. Gummi prunorum agglutinat: potum in uino calculos comminuit: ex aceto quoque illitum, lichenas infantium sanat.

PRVNORVM differentiae inexplicabiles ferè sunt. Nam alia reperiuntur herbaceo colore perfusa, alia rubeo, alia eburneo, alia luteo, alia purpureo: quædam deinde magna, quædam uero parua, quædam mediocria: dulcia nonnulla, alia acida, alia uinosa, alia dura, alia mollia: alia denique rotunda, alia oblonga, alia ouata conspiciuntur. Ceterum licet Dioscorides pruna Damascena siccata aluum sistere proddiderit: Galenus tamen aliter sensisse uidetur septimo simplicium censu, ubi sic inquit. Pruni fructus uentrem subducit; recens quidem plus, aridus uero minus. Sed hand scio, cur Dioscorides pruna Damascena siccata uentrem sistere dicat, cùm & ipsa perspicuo soluant, minus tamen ijs, que importantur ex Iberia. hactenus Galenus. Atqui in hoc Brasauolus Ferrariensis medicus nostræ etatis clavisimus, aperte refragatur Galeno in simplicium medicamentorum omnium peritissimo & quæ atque doctissimo, suo de simplicium examine, ubi Galenum scribit hac in re, non Dioscoridem fuisse deceptum. Quippe quod Galenus non animaduertit, Doscoridem de siccis pruni Damascenis loqui: que præterquam quod siccata sunt, gustu etiam acida sentiuntur, & adstringentie. Qua quidem in re Brasauolus potius (pace sua dixerim) plane hallucinatus, & à recto ueritatis tranmite lapsus deprehenditur. Quandoquidem non meminerit, quod non solum pruna Damascena siccata; sed etiam alia quam plurima simplicia medicamenta deiectoriam simul & adstringentem uim obtinent, ut manifesto testimonio sunt tamarindi, & myrobalana omne genus: item rhabarbarum, & alia pleraq; que præter id quod primum aluum deicant, postea illam adstrictam relinquent. Quam sane prunorum facultatem et si Brasauolus non perpenderit; Galenus tamen optimè nouit, & expertus est. Idecirco cùm loco citato pruna Damascena siccata aluum ciere tradiderit, eadem etiam adstrictoria ui pollere, lib. 11. de aliment. facultatibus his uerbis attestatur, Prunis & quæ ac sicibus concessum est, ut uel exiccatæ utilia permaneant. Damascenis à Damasco Syria monte, in quo nascuntur, appellatis, prima laus bonitatis magna hominum opinione defertur. Proxima ijs, que in Iberia, & Hispania prouenunt. Verum hæc quidem nibil adstrictioris præ se ferunt: nonnulla uero Damascenorum uel plurimum. Probatisima in his sunt, que cum mediocri adstrictione, magna, laxaq; sunt. At parua, dura, acerbaq; in cibo prava sunt, & uentri subducendo minus idonea. hæc Galenus. Ex cuius uerbis satis constare arbitror, nullæ ferè ratione, nec nisi inualidis admodum argumentis Brasauolum adductum fuisse, ut hac in re Galenum ipsum accusaret, quasi Galenus omnino ignorauerit, quam sapores, quam odores, quam ceteræ denique non fructuum modo; sed & omnium ferè simplicium medicamentorum qualitates naturam, & facultatem sortite essent. De quibus omnibus adeò docte, & copiosè disputauit, ut parem unquam repererit neminem, ut omnibus perspicuum est ex suis primis quinque libris, quos de simplicium medicamentorum facultatibus accuratissime conscripsit. Huic sententiæ & rationibus accedit quoque communis medicorum experientia: nempe quod compertum sit, pruna Damascena laudatissima, ijs similia, que Galeno præferuntur, esu uentrem soluere non inefficaciter, adstrictæ duo postmodum relicta, tamarindorum, & myrobalanorum modo. Sic igitur Galenum à Brasauoli reprehensione seruasse uolumus. Sed si Dioscoridem quoque tueri uelimus, nil aliud dicendum putauerim, quam quod pruna Damascena siccata aluum adstringere tradiderit, ut referuntur ad alia, que minus adstringunt: non tamen, quod uoluerit, ea esse deiectoræ facultatis expertise. Porro pruna bilem deicunt: proinde ea utiliter usurpant medici ad febres, aliosq; biliosos affectus. Quin & seplastrijs expetuntur: quippe qui ex ijs quotannis electaria, intinflus, liquoresq; uarios parare consuerint, quibus non modo sani gustu non ingrato delectantur; sed etiam qui languent, refocillantur. Habetur & in Aegypto prunus (ut Theophrastus est auctor lib. 1111. cap. 111. de plantarum historia) insignis magnitudinis, fructum ferens natura, & magnitudine mespilis proximum; nisi quod rotundum nucleum habet. Florere incipit mense Iulio, fructum circa brumam perficit, nec folia dimittit. Qui circa agrum Thebanum habitant, propter arboris copiam fructum siccant, & osse exempto tundunt, offasq; faciunt. Non diffi-


Prunorū con sideratio.

Galeni tutela contra Brasauolum.

Prunorum usus.

Sebesten cōfideratio.
Fuchsij opinio reprobata.
Zizyphorū consideratio.
Auicennæ de fensio contra Fuchsium.

dent effigie à prunis, nec dissimili admodum sunt facultate fructus ijs, quos officinæ Arabes secutæ **S E B E S T E N** nominant, quicq; Græcis Myxa, & Myxaria vocantur. Quod et si Dioscorides, & Galenus horum suis monumentis non meminerint; de ijs tamen à posterioribus Græcis, nempe Paulo, Aëtio, Psello, & Actuario frequens facta fuit mentio. Arbores seri in Italia ceperunt Plini etate: nunc uero non ubique familiares, sed raris admodum horis, & uiridarijs uirent. Arbor est pruno ualde similis, ei tamen magnitudine cedens. Cortex caudici candicat, ramis uero uiret. Folijs comatur rotundis, ac firmis. Fructus adolescent exigu pruni magnitudine, nucleo intus triangulari forma, qui satis bacca proportione respondet. Fructus maturitatem adepti, in atrum uirescunt, gustu sunt prædulci, ac lenta, tenacijs, pulpa. Ex qua Syri, & Aegyptiuis uscum conficiunt, quod Venetiis Alexandrinum appellant, aucupiis commodissimum: Argumento sunt nuclei, qui in eo reperiuntur, color, & dulcedo, que gustatu deprehenditur. Pollent autem deictoria facultate, non secus atque pruna, tam Græcorum, quam Arabum testimonijs: id quod etiam comprobatur quotidiana medicorum experientia. Tametsi contrarium senserit Fuchsius medicus hac nostra etate celeberrimus: quippe qui suis in paradoxis cap. xxvii. ut fortasse in Arabes inuheretur, quos ubique serè odisse uidetur, nullam Sebestenam deictorianam esse facultatem contendit, quin potius ea adstrictoria ui pollere. Sed longe dissentit ab eo opinio nostra, & vulgata, comprobataq; continua medicorum experientia. Quandoquidem quod Sebestena assumpta in medicamentis aliud cieant, testis in primis est Paulus Aegineta, qui libro vii. de ijs uerba faciens, sic inquit. Myxa arboris fructus est, minor quidem pruni, facultate uero consimilis. Ex quibus Pauli uerbis elicetur, quod ita uentrem moliant Sebestena, quem admodum pruna. de quibus idem disserens eodem libro Galenum secutus: Pruni fructus, inquit, uentrem subducit, recens quidem magis, artus uero minus. Neq; huius rei nescius Actuarius haec pluribus commisces medicamentis, que bilem ejiciunt, ut uidere est suo de compositione medicamentorum compendio. Eorum insuper deictiende alii facultatem maximè comprobant uulgaris experientia, clarissimum omnium lumen. Siquidem (ut iam milles expertus sum) eorum pulpa drachmarum decem pondere deuorata, aut ad summum duodecim, eosdem serè prebet effectus, quos Aegyptia silqua casta uocata. His ergo rationibus, & auctoritatibus adducor, ut illam quoq; Fuchsij opinionem minus probem, que est, quod eletrarium de Sebesten officinis dictum: uentrem deictiat, non Sebestenorum facultate, sed aliorum simplicium medicamentorum deictoria ui preditorum, que ijs adduntur. Nam si id per se præstant, ut ostendimus, idem etiam alijs admista præstabant. Quare, ut ingenue dicam quod sentio, non Fuchsius tantum, quem aliquin semper admiratus sum, ut uirum doctissimum, & de medicina amplissime meritum; sed plerique alijs, nunquam adeo Græcis additi esse deberent, ut prorsus à Mauritania familia descendent, non inquam & rationes, & experimenta, firma nostræ artis, & ueritatis præsidia, cogantur deserere. Sed ut eò nostra reuertatur oratio, unde diuerterat, dicimus auctoritatibus, & experientiis freti, Sebestena deictorianam uin habere. Quocircum utiliter dantur ex bile fibricit antibus, atque (ut auctores sunt Paulus, Aëtius, Psellus, & Actuarius) lingue asperitatem mirificè leniunt: quin & peltori, atque tuisi opitulantur: uentris tinea pellunt: urinæ ardoribus à bile, uel salsa pituita prouenientibus maximam open præstant. Ceterum quoniam Sebestena nobis **Z I Z Y P H A**, que officinæ Iuubæ dicuntur, in montem reuocarunt, cum eorum Dioscorides nisquā, quod extet, meminerit, duximus non fore quidem ab re, hic id de eorum uiribus differere, quod à Galeno, qui ea Serica nominat (st tamen Serica esse Galeno Iuubas afferere licet) libro xi. de alimentorum facultatibus proditur, ubi sic ait. Ne his quidem, quid ad tuendam sanitatem, morbosque profligandos ualeant, testis esse possum. Nam ab insolentibus, ac effrenatis pueris, & mulieribus cibo dunt axat expetuntur. Exiguum præbent alimentum, difficile concoquuntur: ideo stomacho non sunt utilia. Eandem sententiam ex ipso Galeno sumptam reddidit Auicenna, cui tantum illud addidit, quod ea ad pectoris, atque pulmonis uitia conferant, & quod quidam (ut ferunt) cum maximè renum, tum etiam uescicæ affectibus prodeesse censeant. Verum quoniam (ut diximus) scribit Galenus, nullam se adiuuenisse in Sericis facultatem ad corporum affectus curandos, hinc capta occasione Fuchsius iterum digladiatur, honesto quidem studio, non modo cum Auicenna; sed etiam cum ceteris. Arabicæ familie auctoribus, afferens id omne, quod de zizyphis Arabes suis monumentis commendarunt, omnino falsum esse, & à ueritate alienum. In quo tamen si uitium aliquod Mauritanis adscribendum est, illud quoque Græcis posterioribus adscribendum erit. Quandoquidem constat, Actuarum & Græci, & medicum peritisimum suo de compositione medicamentorum uolumine, zizypha ad pectoris uitia compositis medicamentis compluribus admiscere, ubi scilicet ex calidorum humorū redundantia morbus emerserit: item eandem in his usuppare, que bilem deiciunt. Quod & Nicolaum Alexandrinum in suis compositis medicamentis,



mentis, per sepe fecisse comperio. Ideoq; nil mirum, si ad hec omnia prestatore zizypha tradiderit Auicenna: namq; suo lentore, ac sua, qua ex grē permeant, crassitie (ut rei ueritas adstruit) sanguinem crassum reddunt, qui flauē bilis redundantia tenuior, quam par sit, redditur. Cū itaque tradat Auicenna, zizypha & pectori, & pulmoni prodest, non temere quidem eum locutum esse crediderim (ut fortasse aliqui putant) sed illud ea ratione scripsisse, ut in morbis tantum calidis, & acutis intelligendum esset, in quibus medici utiliter zizyphis uti possint & debeant. Id quod eius herba aperte indicant, cū dicat, quod sanguinem incrassant. Neque enim erat Auicenna adeo ignarus, ut datis iam pr. emissis nesciret subinde conclusionem inferre. Sed certe pulchrum, atque tutum esse iudico, quod quandoque cum mortuis luctemur. Et quoniam (ut sepe ante a polliciti sumus) nulli medicorum scīte, nec huic magis, quam illi noster animus erit addictus, sed ueritati propagandae, addam ex predictis rationibus cum Auicenna, eos, meo quidem iudicio, labi, ac falli, qui zizyphis sanguinem expurgari, ac abstergi contendunt, quiq; ea ipsi commiscant medicamentis, que pectoris affectibus frigiditate obortis parari solent, ut recentiorum nonnulli: qui zizyphis nulla corum habita ratione ad quodvis pectoris uitium indifferenter utuntur, & plerunque cum maximo egrotantium discriminē. Ceterum an Galeno Serica zizypha sint, dubitandum sanè fuerit, cion aliud Plinio fuisse reperiantur lib. xv. cap. xxxii. ubi sic habet. Aequē peregrina sunt zizypha & tuberes, que & ipsa non pri- dem uenere in Italianam. Hęc ex Africa, illa ex Syria Sextus Papinius, quem consulem uidimus, primus utique attulit, diu Auguſti nouissimis temporibus in caſtrorum aggeribus sata, bacis ſimiſiora, quam malis: sed aggeribus pre- cipue decora, quoniam & tecta iam ſylue ſcandunt. Tuberum duo genera, candidum à colore Sericum dictum. Et libro xvi. cap. xxv. Ab amygdala, inquit, proxime florent armeniaca, deinceps tuberes, & preccores: illae pere- grine, he coacte. Item libro xvi. cap. x. Et zizyphæ ait, grano ſeruntur mense aprili. Tuberis melius infe- runtur in pruno ſylvestri, & malo cotoneo, & in calabrice, ea est ſpina ſylvestris. hec Plinius. Columella ta- men tuberum nusquam, quod legerim, meminit, sed zizyphorum libro ix. cap. iiiii. duo tradiſit genera, quod harum floribus maximē delectentur apes, nempe rutilum, & album. Quo fit, ut ſuſpicandum ſit, Plinius codicem hoc in loco deprauatum eſſe. Illud ſuſpicionem auxit, quod inter Arabes Auicenna, & inter Gr̄ecos recentiores Sy- meon Sethi, duas zizyphi species scriptis mandauerint, & quid tamē in Plinio una tantum legatur zizyphus. Ve- rum cū Actuorio, Nicolao Myrepſico, & Symonei Sethi ζιζυφα, ζινζυφα, και ζιτζυφα (tot enim modis ſcripta inueniuntur) ea eſſe uideantur, que Galeno ſerica, eademq; Auicennæ, Serapioni, alijsq; pluribus Mauritanis, mihi quidem ſtatuerit, Galeno ſerica non aliud designare, quam zizyphus. Ex his pr̄terea omnibus maximum eſſe argumentum crediderim, in Plinio hęc ſubefce mendam, & illi de zizyphis id adſcribendum eſſe, quod de tuberibus deprauate fortasse legitur. Fructus pruni, qui κοκκύμηλα Gr̄ecis, Pruna Latinis appelle- lantur: Arabibus, Anas, Avas, ſeu Agias: Italis, Prune, & Succine: Germanis, Praumen, Pflaumen, & Krie- chen: Hispanis, Prūnas, Andrinas, & Amexeras: Gallis, Pru- ne. Fructus uero, qui Gr̄ecis recentioribus, μύξη, μύξε, και μύξεις, Latinis ſimiſiter Myxa, & Myxaria, atque e- tiam Sebestena Mauritanorum imitatione dicuntur: Arabibus, Sebesten, Motheica, Mulkeita, & Mokaita. Vulgo & offici- nis, Sebesten: Gallis, Sebeſte. Fructus pr̄terea, qui item re- centioribus Gr̄ecis ζιζυφα και ζινζυφα, & Galeno ζιφ- α, Latinis Zizypha uocantur: Arabibus, Hunen, Zuſalzeſ, ſeu Hanab: Officiniſ, Iuiubæ: Italis, Giuggiole: Germanis, Rotburstbeerle: Hispanis, Azufcifa: Gallis, Iuiubes.

Nomina.

A R B V T V S.



Kόμαρος. A R B V T V S.
CAP. CXXXVIII.

A R B V T V S, ſive vndo, arbor eſt cotoneæ ma- lo non diſſimilis, tenui folio: cuius fructus pruni ma- gniſitudinem implet, nullo intus nucleo. huic memacylo cognomen eſt. Maturus aut flauet, aut rubescit: in- ſu acerosus, ſtomacho aduersatur, capitisque dolorem mouet.

A R B V T V S in Hetruria frequentiſima prouenit, ubi uel per hyemem perpetuis uirescit frondibus. Hęc etſi Dioscoridis reddatur malo cotoneæ adſimilis, magis tamen putauerim, ab eo arboris proceritatem repræſentari cotoneæ, quam folia, & caudicis corticem. Vel deprauatus fortasse (ut magis ſuſpicer) eſt hoc in loco Dioscoridis codex: quandoquidem Serapio, Dio- scoridis ipſius testimonio, Arbutum non deſcribit in uniuersum cotoneæ malo ſimilem, ſed eam tantum proferre folia malo cotoneæ minora. nec ſcribit tenuia habere folia, ut uulgata ha- bet Dioscoridis lectio. Siquidem, ut palam eſt, Arbuto folia in-

Arbuti con-
ſideratio.

o 3 fuit

sunt laurini, & ilagineis crassiora. Meminit Arbuti Theophrastus libro IIII. cap. vi. de plantarum historia, sic inquiens. Arbutus, que pomum cibo idoneum ferat, magnitudine non nimium præstat: corticem tenuem, tamariæ similem habet, folium inter ilicem, & laurum: floret mense iulio. Flores singulari appendice parte postremaræ cemantim coherent, specie quisque myro oblongo similis, & magnitudine tantus: non foliatus, concavus, tanquam ouum exalatum, ore aperto. cum autem defloruerit, retinaculum perforatur: quodq; defloruerit, tenue, sicut uerticillus circa fusum. Fructus anno integro maturescit, ut simul hunc haberet, atque alterum flore responderi contingat. hactenus Theophrastus. Que in Hetruria nascitur, folia profert laurini, ilagineis similia, breuiora tamen paulo, crassiora, colore potius pallido, quam uridi, in ambitu ubique serrata, rubra per medium excurrente costa. Caudex cortice uestitur subrubro, aspero, squamosoq; à quo rami prodeunt rubentiores, ac leuiores. Floret mensibus iulio, & augusto, floribus candidis, paruis, lili conuallij uocati figura, racematin dependentibus. E' quibus fructus gignuntur rotundi, sorborum ferè magnitudine: qui primo exortu uirent, deinde flavescent, maturi uero rubent, aspero tactu, nullo intus osculo, fragorum modo, quorum etiam effigiem referunt. Sapor his insipidus, simul & austerus: quinetiam dum eduntur, linguam, & palatum stimulant acerosa quadam substantia, qua exterius conteguntur, ita ut plani acerosi uideantur. His maxime delectantur turdi, & merulae. Quo fit, ut hyeme, quo tempore ipsa pomaria maturitatem sentiunt, eiusmodi aues inibi laqueis, retibus, alijsq; aucupijs generibus facile capiantur. Arboris folia coriarijs expetuntur. Sunt qui credant, arbutum maximam opem præstare aduersus pestem. Quanobrem aquam, que ex folijs extracta sit, admisto osse in cerui corde reperto, ubi statim morbus inauisit, magno (ut ipsi aiunt) iuuamento egrotantiis exhibent. Arbuti meminit Galenus libro V I I. simplicium medicamentorum, ubi paucis inquit. Arbutus arbor ipsa qualitate acerba una cum fructu est. cum memet ipsum nuncupant. Est autem hic, & infensus stomacho, & capiti dolorem inferens. Huius arboris nomen Græcum est κομαρος: Latinum, Arbutus: Arabicum, Hatiladib: Italicum, Albatro: Hispanis, Madronho, aut Madroneiro: Gallis, Arbouces.

Arbuti usus,
& uites.

Nomina.

Αμυγδαλαι. AMYGDALAE.

CAP. CXXXIX.



Amygdalorū
consideratio.

Amygdalorū
uires ex Gal.

AMYGDALAE amarae radicum tritarum decoctum uitia cutis in facie corrigit. Illite nuces idem munus præstant: menses admotæ ciunt: capitis dolori auxiliantur, illitæ fronti, aut temporibus cum acetō, uel rosaceo: epipyctidas sanat ex uino: item putrescentia ulceræ, & quæ serpunt, & morsus canum cum melle. Earum autem esu dolores finiuntur, alium emolliunt, somnum faciunt, urinam ciunt: contra sanguinis reiectiones cum amylo, & mentha assumuntur: renum uitios, & pulmonum inflammationibus ex aqua in potu, aut eclegmate cum resina terebinthina dantur: calculosis, difficile utræ in passo auxiliantur: & illitæ cum melle, & lacte hepaticis, tussi, & inflationibus coli, nucis auellanæ magnitudine. quinis, septenisue præsumptis, ebrietatem non sentiunt potores. Vulpes si cum quadam esca eas uorauerint, emoriuntur.

Gummi eius calfacit, & adstringit: reiçientibus sanguinem, potum auxilio est: impetigines, quæ sumum corpus occuparunt, illitum cum acetō tollit: tussi ueterustæ cum diluto uino potum medetur: calculosis cum passo bibere prodest. E' nucibus Græcis, dulces cibo idoneæ, sed multò minus ualent in remedij, quam amarae: attamen extenuant, urinam ciunt. Recentium seu cum suo putamine, humida stomachi uitia emendantur.

AMYGDALAE tam dulces, quam amarae fructus sunt ubiq; uulgò notissimi. Differunt tamen inter se: nam amarae maiore excalaciendi, exicandijs facultate præditæ sunt, quam dulces. quo fit, ut etiam dulcibus longè præferantur ad crassos, pituitosq; humores expectorandos. Galenus dulces paucis perstringens libro II. de alimentorum facultatibus, sic inquit. Amygdala nihil prorsus adstrictoriæ facultatis fortitæ sunt: sola enim extenuandi, atque abstergendi uerbi pollut: qua tum viscera purgant, tum humorum è pulmone, ac thorace excreatus moliuntur, ac promouent. Et de utroque Amygdalarum genere differens libro V I. simplicium medicamentorum, primo amaras, deinde dulces prosequitur his uerbis. Amygdala, que quidem palam amara sunt, omnino extenuandi uim possident: quod & qualitas ipsa indicat, & experientia comprobavit. Ac de amara quidem qualitate in quarto horum commentariorum proditum est. Ceterum duo experientiae exempla proponi

proponi satis est, unde uim eorum possis discere. Siquidem ephelit expurgant, & excretionibus ex pectori, pulmoneq; crassorum, lento runiq; humorum impendio conferunt. Porro hæc ostensa sunt genere quidem incidentis, specie uero extergentis esse facultatis. Quin & quod per accidens facultatem item habeant ab obstructione liberandi, & ipsum supra demonstratum est, sed & experientia monstrat: nam in iecore crassorum, uiscorumq; humorum in extremis uasis impactorum obstructions abunde expurgant, expedituntq;. Quin & laterum dolores ab huiusmodi causa natos, & lienis, & coli, & renum sanant. Porro & ipsa arbor uniuersa similem sortita uim est. Nam huius radices coctæ, atque illæ cibæ purgant. Quotquot uero sunt amygdala dulcia, & ipsa leuiculam amaritudinem possident, que tamen dulcedine superante occultatur: ceterum id temporis spatio clarum fit. Demonstratum autem retro est, qualitatem dulcem moderate esse calidam. hactenus Galenus. Amygdalæ, ut Theophrastus, & Plinius prodidere, ex amaris dulces sunt, si circumfuso stipite, & ab ima parte circumforato, defluens undique humor abstergatur. Et contraria, dulces amarescent, si primo germinatu tenelle arboreæ à pecore decacuminentur. Amygdale (ut etiam tradidit Galenus) non multum suppeditant alimenti: quanquam eis plerique utuntur & ad roboram uenerent, & ad reficiendas uires. Hæc ut Græcis ὄμυγδαλον, ita etiam Latinis Amygdalæ uocitantur: Nomina. Arabibus, Iauz, Kauz, seu Lauzi: Italis, Mandorle: Germanis, Mandellern: Hispanis, Almendras: Gallis, Amandes.

²⁰ † In uulgatis Græcis exemplaribus hic non legitur καὶ ἀδυόσμον, id est, & mentha. Verion dictionem hanc uerit Marcellus ex antiquis codicibus, quos habuisse testatur. eam quoq; Oribasius, & Serapio ex Dioscoride transcribunt. Que ut ueræ Dioscoridis lectioni adstipulantur; ita hoc loco mentham addendam esse putauimus.

PISANIA. PISTACIA.

CAP. CXL.

PISTACIA, quæ constat in Syria gigni, pineis nucibus similia sunt, & stomacho amica. Trita cum vino contra serpentium iictus prosunt, siue edantur, siue bibantur.

PISTACIA.

STAPHYLODENDRON.



PISTACIA, quorum est communis in officinis usus, ex Syria Venetias importari solent. Que & ē Syria (ut Plinius auctor est) Lucius Vitellius censor in Italiam primus intulit, cum legatus in ea provincia fuisse, nouissimis Tyberij Cæsarix temporibus. Horum arboreæ Venetijs, Caietæ, Neapoli, & in alijs Italæ locis uidimus, folijs lentisci majoribus, colore ex uiridi in luteum inclinante, ac eodem ordine extremis ramusculis emergentibus, e quibus racematum suis quæq; pediculis pendent pistacia. Hæc (ut libro 11. de alimento facultatibus scriptum reciliuit Galenus) parum præbent alimenti; tametsi infarctas humoris iocineris uias expediant, & a uitijs liberent. Porro an stomacho noxia sint, an utilia, an aluum moliant, an adstringant, nullum huius rei certum habere testimonium scribit

Pistaciorum confid.

Pistaciorū ui-
res ex Gal.


scribit Galenus. Cuius sententiae refragatur Avicenna, qui cum palam, & nominatum Galenum refellere nolle, libro secundo hac dicendi ratione utitur, his ferre uerbis. Inquit quidam, non inuenio, quod Pistacia stomacho proficit, aut sanè officiant. Ego autem dico, quod nauseam discutunt, & ventriculos roborant. Argumento est subamara, subausteraque qualitas, quæ gustu in ijs reprehenditur. Hac igitur ratione fructi medicorum nonnulli, non modo adiocineris infarctus Galenum secuti pistacia exhibent; sed ad iecur ipsum, ventriculumque roborandum, ea tam cibis, quam medicamentis immiscent. quin & ad conciliandam uenerem, & ad pinguedinem inducendam macie, & marasmo affectis commendant. Quibusdam in locis pistachiorum sylvestrium nomine appellantur cuiusdam arboris fructus, quam Plinius libro, & capite XVI. STAPHYLODENDRON nominat, eti à pistacijs effigie, & sapore plurimum dispendant. Planta hæc humilis est, folio sambuci, materie admodum imbecilli, floribus albicantibus, ramentum dependentibus, quemadmodum & fructus: qui folliculis prouenit, rufo colore, ciceris effigie, maior tamen: in quo suburens nucleus includitur, sapore dulcis, sed nauseam commouens. Saporem pistacijs similes sunt Pinei nuclei, qui in strobilis includuntur. Hi enim (ut loco citato tradidit Galenus) corpus alunt, bonum procreant succum, sed crassum; tametsi ægre concoquantur. Verum, si Avicenna etiam credimus, digerunt, leniunt, resoluunt, ac impinguant. Profundunt prætere a pulmonum uitijs, purulenta excreantibus, & tussi molestatis: sed priusquam edantur, aqua calida macerare eos oportet, alioquin ventriculum laedunt. Semen augent, & uenerem excitant. Renes, & uescicam non modo expurgant; sed etiam roborant, eorumque ulcera prohibent. Vrines stillicidio opem mirificè prestant. Quam ob causam strobilini nuclei apud recentiores medicos in frequentissimo habentur usu ad huiuscmodi affectus. Quæ nuces Græcæ Μισάνια, Latinæ quoq; Pistacia, & Pistacea appellantur: Arabice, Pustech, aut Feistch: officinis & Barbaris, Fischi: Italij, Pistacchi: Germanis, Vuelsch Bimpernuszlin: Hispanis, Alhocigo: Galis, Pistaches.

Staphylogen-
dron.Nuclei pinei
uires.

Nomina.

Καρπον βασιλικόν. NVX IVGLANS.

CAP. CXLI.

Nucum Iu-
glandiū con-
sideratio.Iuglandiū ui-
res ex Gal.

NVCES Iuglandes, quas nonnulli Persicas vocant, sunt difficiles concoctu, stomacho inutilis, biliosæ, capitis dolorem inferentes, tussientibus inimicæ: uomituriis tamen ieiunis in cibo aptæ. Cum ruta uero, & cariæ prælumptæ, & à summo cibo, uenenis resistunt, nec minus si à ueneni haustu comedantur: largius esitatae, tinea latas pellunt: illinuntur mammarum inflammatio- ni, abscessibus, luxatisque, cum mellis exiguo, & ruta: cum cepa autem, sale, & melle, canis, hominisque mortui proficiunt: tornina, cum calyce suo perusta, & umbilico admotæ, sedant. Putamen combustum, tritumque in oleo, & uino, infantium capite peruncio, nutrit capillum, alopecias replet. Sistunt menses nuclei uisti, si triti ex uino admoueantur: ijdem è ueteribus illiti carbunculis, gangrenis, & æglopijs medentur: alopecijs commanducati, & impositi præsenti sunt remedio.

Nucibus tuis oleum exprimitur. Recentes stomacho innocentiores sunt, utpote suauiores: itaque alio mistæ eximunt acrimoniam. liuores in corpore illitu tollunt.

NVCES Iuglandes, que in communi sunt usu, item: arbores, à quibus eduntur, omnibus uulgò in Italia notiores sunt, quam ut à nobis representari debeant, cum nulla arbor Nuce ubiq; frequentius occurrat. Hæ Latinis Iuglandes, quasi Iouis glandes interlisis literis appellantur. Quo nomine primo mundi euas appellatas esse, plures tradidere auctores. Quippe cum homines primùm glandibus tantum diu uictitassen, inuenta tandem arbore, que nuces serebat, degustato nucleorum sapore, horumque dulcedine mirum in modum allehti, nuces Iouis glandes ob excellētiā appellauerunt. De ijs differens Galenus libro VII. simplicium medicamentorum, ita scriptum reliquit. Nu- cies arbor tum in folijs, tum in germinibus adstrictionem quandam posidet: ceterum evidentem, multamque in nucis putamine recenti pariter & stocco. proinde eo tintores quoque uti solent. At nos eius expressi succo similiter, ut mororum, & ruborum in melle decocto, uice stomachati medicaminis utinur, & ad omnia reliqua adhibemus, ad que modo dicti succi conuenire censemur. Porro nucis ipsius id, quod edendo est, oleosum est, & tenue: itaq; ob id etiam facile exprimitur, & quo diutius reconditum fuerit, magis tale efficitur. Quamobrem oleum ex eo in ueterato exprimere liceat. Tunc sanè admodum fit per balitum evaporatorium. Itaque quidam eo gangrenas, & carbunculos, & æglopas sanant, ac nonnulli ad vevçotçotæ, hoc est, neruorum uulnera utuntur. Et libro II. de alimentorum facultatibus sic inquit. Habet Iuglans & adstringentis qualitatis non exiguum, que temporis processu marcescit, degenerante tota ciuius substantia in pingue succum, adeo ut cibo prorsus fiat inuidonea, quod ueteri oleo, sua pinguitu-

dine